

venis atque ^{intels} in visceribus rei publicae. Ut saepe homines aegri morbo gravi, ⁵ cum aestu febrique jactantur, si aquam gelidam ⁶ biberunt, primo relevari videntur, deinde multo gravius vehementiusque affliguntur, sic hic morbus, ⁷ qui est in re publica, relevatus istius poena, ⁸ vehementius vivis reliquis ingravescet. X/32. Quare secedant improbi, secernant se a bonis, unum in locum congregentur, muro denique, id quod saepe jam dixi, discernantur a nobis: desinant insidiari domi suae consuli, circumstare tribunal ¹ praetoris urbani, ² obsidere cum gladiis curiam, ³ malleolos et faces ad inflammandam urbem comparare: sit denique inscriptum in fronte unius cujusque, ⁴ quid de re publica sentiat. / Polliceor vobis hoc, patres conscripti, tantam in nobis consulibus fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Romanis virtutem, tantam in omnibus bonis consensionem, ut Catilinae profectione ⁵ omnia patefacta, ⁶ inlustrata, oppressa vindicata esse videatis. 33. ¹ Hisce omnibus, Catilina, ² cum summa rei publicae salute, cum tua peste ac pernicie cumque eorum exitio, qui se tecum omni scelere parricidioque junxerunt, proficiscere ad impium bellum ac nefarium. Tum, ³ tu, Juppiter, qui isdem quibus haec urbs ⁴ auspiciis a Romulo es constitutus, quem ⁵ Statorem hujus urbis atque imperii vere nominamus, hunc et hujus socios a tuis aris ceterisque templis, a tectis urbis ac moenibus a vita fortunisque civium ⁶ arcebis, et homines bonorum inimicos, hostes patriae, latrones Italiae, scelerum foedere inter se ac nefaria societate conjunctos, aeternis suppliciis vivos mortuosque mactabis.

F 5 X 3 3.